

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Philippo Gluespies Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

cum mihi nuncius oblatuſ eſſet, duxi mei officij eſe  
 ſe, ut aliquid ad te ſcriberem, ut extaret apud te ali-  
 quod ſpecimen ſtudiorum meorum. Dei beneficio  
 bene ualemus omnes, et rogamus Deum, ut tu quo-  
 que ſaluſ & incolumis domum redeas. Nihil no-  
 bis tua ſalute prius aut gratius eſſe poteſt. Noui ni-  
 hil habeo, niſi quòd audio hic recudi hiftoriam Pa-  
 pæ, qua Papa à Gallo exceptuſ eſt: et aiunt D. Mar-  
 tinum addere quaſdam annotationes. Chriſtuſ ſer-  
 uet te, optime & chariſſime pater. Bene uale.

Philippo Glueſpies Philippus Me-  
 lanchthon S. D.

Vtinam aliquam poſſem afferre leuationē mœ-  
 rori ueſtro. Nam exiſtimo te, cum morte honeſtiſſi-  
 mæ matronæ ſocrus tuæ, tum uerò non minus eſſe  
 perturbatum luſtu uiri optimi. Sed notæ ſunt uo-  
 bis conſolationes propoſitæ Chriſtianis. Et quan-  
 tum lugere piū eſt: tamē & illud præcipit Deus,  
 ut dolorem moderemur. Itaq; te quidem, mi Philip-  
 pe, oro, ut animum erigas, & dolori reſiſtas. quòd  
 ex eo etiam magis facere debebis, ut ſorori dolorē,  
 quibus poteris modis leues. Chriſtuſ adſit uobis, &  
 uos uerbo & ſpiritu ſuo conſoletur: quòd profectò  
 faciet, ſi animos ueſtros ad iſtius uerbum  
 referetis. Bene ualete.

m 2 Reue-